



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Parochorvm, Sive Institvtones & Praxes Tum
Vitæ, tum Officii Pastoralis**

Musart, Charles

Monachii, 1654

II. Meretricibus, vt desistant, aut abeant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

vagabundi , aut qui inter gregarios
milites aliquandiu vixerint . Porrè
tria sunt potissimum genera scabiosò-
rum hominum , qui à corruptelâ , &
contagione alios maximè corrumpunt;
neque Aduenæ soli , sed etiam non ra-
rò Inquilini , & quidem , sub ouinâ
nonnunquam pelle , lupi animarum :
quibus noscendis primùm incumbere
debes , tum verò studere , vt yel ex lu-
pis oues euadant , vel in suâ pelle ap-
pareant , fugiantur , & nocere desinant .

Eiusmodi autem sunt homines me-
retricij , magicis artibus dediti , &
omnium pessimi , hæretici , in quos pro-
pterea maiori curâ , & studio inuigi-
labis .

NUM: II.

De Meretricibus.

HÆ lupæ plerumque in meritoriis
tabernis , & Ganeonum gurgu-
stii latitant , nonnunquam tamen in
splendidioribus ædibus ; vt hæ non-

O 4

ad

320 *Institutionum Pastoralium*
ad vagas libidines se prostituunt; ut vni seruant nomine pro ancillâ, pro concubinâ: inquire igitur diligenter, an eiusmodi lupæ tuum aule infestent: si attendas, facile deprehendes ex corporis habitu, ex impudentiâ, ex digitis luuenum, qui monstrant, *hæc est*: vestes supra modum opulentæ, & varii tum coloris, tum artis, frons effrons, oculi gyrouagi, genæ fucatæ, cervix, & pectus intacta, manus inquietæ, incessus aut fracti, aut præcipitati, halitus oris obscenitates eructat: has lupas arce procul à grege: modum scient Episcopus & Magistratus, censoria leges expellent.

NVM: III.

Artes Superstitionis & Magicae.

IN hoc pestilens malum naturæ nostræ corruptela, damnanda curiositas, & amor insanus conseruandæ aut sanitatis, aut propriarum rerum sponte propensio.